Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Rector & Concilium Vniversitatis Rostochiensis, Civibus Suis Studiosis S. : Publ. sub Sigillo Rectorali, d. 1. Novembr. Ao. MDCCXLII.

Rostochii: Adler, 1742

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791123790

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Leges etc
Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791123790/phys_0001
DFG

Universitäts-Archiv
Rostock, Sign. R I A 4

R I A 4

K. l. — 47. 1-69.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791123790/phys_0002
DFG

34

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

1742

1 Jbr 42

RECTOR & CONCILIUM
VNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,
CIVIBUS SUIS STUDIOSIS S.

Epidemica eſt qverela, de qvorundam ex veſtro, qvem amamus, qvem fovemus, Ordine, moribus. Admonentur illi, voce tot legum generalium & ſpecialium, etiam nouiſsimarum; Sed tam pertinax dominatur proaereſis, vt coniurationes adverſus Magiſtratum & omnes bonos initæ eſſe videantur. Male audit Academia, alma & beneuola mater & ſiniſtra de diſciplina, vtut neutiqvam neglecta, ſed per tenebriones hactenus tantum eluſa, in vulgus ſparguntur, longeque lateqve diſſeminantur, iudicia. Antiqvum illud: **Nox Studioſe nocet, diſce manere domi!** plane excidit illis, qvi noctu aliis vtriusqve Reipublicae hujus civibus, imo arboribus, feneſtris, lucernis variisqve reculis nocuiſſe ſtudent, & omnis generis neqvitiæ invigilant. Qvo igitur tandem illi nigerrimi tenebrarum filii qvietem turbare deſiſtant, creſcentibus delictis creſcent etiam poenae, & omnis in id impendetur opera, vt malis ejusmodi Civibus Academia purgetur. Renovamus, eum in finem, leges hactenus, contra pacis turbatores, publicatas, & qvoniam res nobis eſt cum hominibus, qvi, bene moratis Muſarum filiis, aliàs haud plane invidenda, limites non tranſiliente, libertate, peſſimè abutuntur, veſpertinam nocturnamqve tranqvillitatem atqve ſecuritatem reſtituturi, ad exemplum aliarum qvarundam Academiarum, omnes omnino, plateas pererrantium, cantilenas atqve clamores plane interdicimus, omnemqve diſtinctionem, inter **cantare & boare**, publico hoc edicto ſublatam eſſe pronunciamus, nuncupamus. Accipite leges, qvas qvaſi extorſit temporum iniuria:

Qvicunqve plateas peruagatur, vel cantans, vel, ſtricto gladio lapides feriens, graſſator, ille, omni praetextu remoto, poenam duorum imperialium, praeter ea, qvae pro ſtudio & opera debentur adminiſtris, ſoluere, leuato velo, damnas eſto: Et qvidem ita, vt, niſi velit, publicata ſententia, vsque ad ſolutionem, ex loco judicii in carcerem ſtatim mitti, citatus, & in conſcientia conuictus, pecuniam paratam ſecum ad Concilium afferat ac in promptu habeat.

Si qvis convictor vel alius beneficiarius publicus, §. praecedenti expreſſam, graſſaturam vel aliam vociferationem exercuerit, ipſo facto, beneficio ſuo, digniori & meliori ſtatim conferendo, excidat.

Et qvamuis hae leges qvemcunqve, etiam verbalem, tumultum prohibeant poenisqve ſubiiciant, ſpecialior tamen accedat ordinatio ſeqvens:

Qvi monoſyllabicam illam & iniurioſam vigilum compellationem, etiam ſemel, publico clamore pronunciabit, vno mulctabitur thalero, qvo fiat periculum, num tandem aliqvando ſcurrilis illa exagitatio ex hac Academia proſcribi qveat.

Adeſte huc! haec legitote, vt huic normæ mores veſtri conformentur. Publ. ſub Sigillo Rectorali, d. 1. Novembr. Ao. MDCCXLII.

ROSTOCHII,
Typis JOH. JAC. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791123790/phys_0004
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791123790/phys_0006
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791123790/phys_0007
DFG

IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerſoriis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commenſalis communis inſuper unius menſis carentia, luent. Quod ſi poſt [illegible]ctionem incorrigibiles ſe prodant, conſilio abeundi, [illegible]t, neceſsitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obn[illegible] qui nouitios vel directo cogunt, vel per ambages a[illegible]elliciunt ad conuiuium veteranis parandum, quo adue[illegible]odo pecunia emunguntur, ſed prauis quoque ſodaliti[illegible]. Reliqui vero hoſpites, qui ſumtu nouitii epulati [illegible] dierum carcere coercebuntur, iis, qui menſa commu[illegible], per octo dies inſuper ab iſto beneficio excludendis, [illegible]enarum conuiuia, quo inebriationes & exinde oriund[illegible]ones & rixae tanto efficacius impediantur, abhinc p[illegible]ta ſunto.

VI. Poenae legum tr[illegible]ous iudicialiter decretae a Rectore & Concilio nec mi[illegible]c mutandae, nec omnino remittendae, ſed ad tenor[illegible]ae, ſine vlla deprecatione executioni mandandae eru[illegible]

VII. Nocturnos ſtrep[illegible]s, tumultus & alia, quibus incolarum vel perſonae [illegible]untur, facinora, immo & clamores inconditos vel [illegible]ti iam ſeuerae leges inhibuerunt: ita earum violat[illegible]rubitoribus, quibus cura ſecuritatis nocturnae & tran[illegible]emandata eſt, deprehenſi cuſtodiae militari tradentur [illegible] manebunt, vsque dum Rector Academiae vel de e[illegible]ſsione, vel in carcerem

acade-